



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XVI. Christus mortuo Herode vocatur ex Ægypto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

ibi usq; dum dicam tibi. Futurum est enim vt He-
 rodes querat puerum ad perdendum eum. Qui con-
 surgens accepit puerum, & matrem eius nocte, &
 secessit in Aegyptum: & erat ibi usq; ad obitum He-
 rodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino
 per prophetam dicentem. Ex Aegypto vocavi fi-
 lium meum. Tunc Herodes videns quoniam illusus
 esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit
 omnes pueros, qui erant in Bethlehém, & in omnibus
 finibus eius, à bimatu & infra, secundum tempus
 quod exquisierat à Magis. Tunc adimpletum est
 quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem:
 Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus mulo-
 tus: Rachel plorans filios suos, & noluit consolari,
 quia non sunt.

CAPVT XVI.

Christus mortuo Herode reuocatur ex Aegypto.

FIGVRA. Moyses ex terra Madian reuo-
 catur in Aegyptum, idq; vt indè filios Israël
 educat. Exod. 3. 7. 8. 9. 10. Cui ait Dominus:
 Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorẽ
 eius audiui, propter duritiam eorum qui prasunt
 operibus. Et sciens dolorem eius, descendi vt libe-
 rem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de
 terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram
 que sinit lacte & melle, ad loca Chananai, & He-
 thai, & Amorrhai, & Pherizai, & Henai, & Ieo-
 busai. Clamor ergo filiorum Israël venit ad me, vis-
 diq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs oppri-
 untur.

muntur. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut
educas populum meum, filios Israël de Aegypto.

PROPHETIA. Osee. II. 1. Sicut mare
transiit, pertransiit rex Israël: quia puer Israël
dilexi eum, & ex Aegypto vocavi filium meum.

VERITAS. Matth. 2. 15. Et erat ibi vsq[ue]
ad obitum Herodis; ut adimpleretur quod dictum
est à Domino per prophetam dicentem: Ex Aegyp-
pto vocavi filium meum. Vers. 19. 20. 21. 22. 23. De-
functo autem Herode, ecce angelus Domini apparuit
in somnis Ioseph in Aegypto, dicens. Surge & accipe
puerum, & matrem eius, & vade in terram Israël: De-
functi sunt enim qui querebant animam pueri. Qui
consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit
in terram Israël. Audiens autem quod Archelaus
regnaret in Iudaea pro Herode patre suo, timuit
ire; & admonitus in somnis, secessit in partes Galile-
eae. Et veniens habitavit in civitate, quae vocatur
Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per pro-
phetas: quoniam Nazareus vocabitur.

CAPVT XVII.

Puer Iesus amissus à parentibus inuenitur in templo.

FIGURA prima. Ruben contristatus quia
non inuenit Ioseph fratrem suum. Gen. 37.
29. 30. Reuersus Ruben ad cisternam, non inuenit
puerum; & scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait
puer non comparet & ego quo ibo?

Secunda. Pater & mater Tobiae eius abse-
ntia multum solliciti, & maximè mater lachrymante
abundante